



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Manuale Pastorum Sive Instructio Practica Neoparochorum**

**Dirckinck, Johann**

**Treviris, 1702**

Caput. 24. De curatione Pastoralis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51873](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51873)

cet. Unde: *Omne gaudium existimate, Fratres, si in varias tentationes incideritis.* S. Jacobus c. i. Agnovit hoc Abbatissa Sara tredecim annis a Spiritu fornicationis tentata, nunquam oravit, ut recederet ab ea hujusmodi pugna, sed hoc solum petiit: *Da mihi fortitudinem Deus.* Ut in vitis PP. L. 6. refertur.

## CAPUT XXIV.

*De curatione Pastoralis.*

**P**ER curationem pastorem intelligitur Peccatorum ad statum gratiae reductio, quae Pastoribus in primis competit, exemplo Christi dicentis; *Non veni vocare justos, sed peccatores.* Lucæ 5. Ita erit Pastor bonus, perditam oviculam quærere non desinens, donec invenerit.

Industria i. Est, more Medicorum, inquirere in morbum, quo vel communitas vel persona curanda laboret, & à probatis viris usitata vitia cognoscere. Hæc praxis familiaris fuit

S. X.

S. Xaverio in pagum vel oppidum  
venienti. 2. Est S. Ignatii, hostem  
suis armis peti & retundi volentis.  
Infinuet ergo se Parochus in notitiam,  
& familiaritatem, animum occupet,  
benevolentiam capret, quæ laudanda  
sunt laudet, ac tandem medicinam ad-  
hibeat. 3. Est studere ipsam morbo-  
rum radicem evellere, more Medico-  
rum; & id quod amplius urget, pri-  
us curare, postmodum reliqua. 4. Non  
statim medicamenta adhibere, sed op-  
portuno tempore, veluti medicus in  
ipso æstu febrili, tempus exspectat re-  
medii. 5. Quamdiu necessitas aliud  
non exigit, suaviora potius, quàm a-  
cerba præscribere & adhibere media:  
& medicinam moderatè applicare;  
idque apertè potius, quam per argu-  
tias: Denique virtutum viam, non  
tanquam rem valde difficilem; sed  
facilem, jucundam, hominèque libero  
dignissimam proponat.

Remedia potissima pro peccatori-  
bus curandis sunt, 1. Longanimis  
patien.

patientia, & spem conversionis non  
 abjicere. 2. Fervens oratio. 3. Ca-  
 ptatio benevolentia per varia obse-  
 quia & blandam conversationem. 4.  
 Singulis diebus aliquid ex libello pio  
 legant, v. g. de aternitate, de quatuor  
 novissimis. 5. Suadenda illis singu-  
 laris fiducia erga passionem Domini  
 & B. V. 6. Eucharistia usus, qua est  
 mensa adversos eos qui tribulant pec-  
 catores. 7. Triduo, ut docuit S. Ber-  
 nardus, primùm abstineant ad hono-  
 norem SS. Trinitatis, post alio triduo  
 ad honorem Christi &c. 8. Narran-  
 do peccatori, quantum gaudium sit  
 super uno peccatore penitentiam pe-  
 gente, in caelo. 9. Proponendo mi-  
 ras Dei: *vocavi & renuistis: in in-  
 ritu vestro ridebo.* Proverb c. i. Deni-  
 que variis parabolis, velut Nathan  
 Davidem, peccatorem circumveni-  
 endo: quibus captus, facile victas de-  
 bit manus.